

110 Examen Confessoriorum. Tom. I. Pars II.

acceptationem à te, aut privato Religioso factam, non acquirit jus ad rem. Non contra paupertatem; quia votum paupertatis non obligat ad acceptatione dona. Sed contra charitatem, qui tine justa causa impedit Monasterii bonum: v. n. 89o.

1053 Religiosus, qui sine Superioris licentia accipit in depositum exterorum pecunias, non peccat contra paupertatem, quia nullum dominium, ius, immo usum acquirit, sed folum onus custodie, quae est potius servitus. Et solum peccat contra obedientiam, si accipiat in depositum proprie diculum, ob contrarium, & obligationem gravem, quam virtuiter usurpiat propria auctoritate de servanda.

Quod si depositum pereat, aut deterioretur; non tenetur Monasterium ad restituendum; quia non tenetur ex culpa Religiosus. Quod est verum, etiam depositum fuisse superius de Superioris licentia, Peltiz. de Monial. cap. 4. n. 56. Donatus tom. 3. tr. 15. q. 41. quia licentia Superioris solum excusat Religiosum à peccato inobedientiae, & facit, ut licite recipiat: sed Monasterium non obligat. Imo nec tenetur Monasterium, si Superior ipse depositum accepist sine consensu Monasterii, seu proprii Capituli. Donatus cit. num. 2. cum pluribus: quia Monasterium se habet ut pupillus, & minor, quia non tenetur ex contractu, & culpa sui tutoris, aut curatoris: v. n. 1974.

Tunc autem tenetur Monasterium, quando depositum fuisse in eius utilitatem conservum. Et quidem tenetur datum ad id, in quo factum est dictum: idque non ratione contractus, sed quia, qui sentit commodum, debet sentire & incommodum, ex Regula 55. Juris in 6. Qui sentit onus, sentire etiam deberet communione, & contra.

Licit autem Monasterium non tenetur, tenetur tamen Religiosus ipse resarcire depositum, si pecuniam habeat sua dispositiones relatum, in quantum sine suo gravi incommodo potest.

1054 In Monasteriis, ubi iuxta dicenda pecuniam conceditur, & non servatur vita communis à Trid. prescripta, Monialis, cui est res, v. g. salina tritici donata, potest eam vendere, si habeat licentiam dandi, & recipendi, ut supponitur, juxta n. 1048. Peltiz. de Monial. c. 4. n. 57. v. n. 1046.

Imo potest eam eidem Monasterio vendere; quia si potest extero, à fortiori Monasterio; nam respectu Monasterii, aut alterius Monialis, non est proprie, sed valde impropre venditio, quia non sit translatio dominii

sed solum usus rei de una in aliam personam dominio ejus apud Monasterium permanente.

QUERRES I.

1055 An Religiosi, & Moniales possint habere pecuniam, seu annos redditus, in usus honestorum, & literis, & ex iusta causa de licentia Superiorum, atque ad eorum usum revocabili?

I N hac ardua re ut solide simul, & clare procedam, primo loco ante oculos apponit Decretum S. Concil. Trid. sess. 25. de Regulariis cap. 2. quod est totius resolutionis regula & norma, ut sequitur: v. n. 123.

„ Nemini igitur Regularium, tam virorum, quam mulierum, licet bona immobilia, vel mobilia; cuiuscunque qualitatis, fuerint, etiam quovis modo ab his acquisita, tantum quia propria, aut etiam nominis Conventus possidere, vel tenere; sed statim ea Superiori tradantur, Conventui incorporantur; nec deinceps licet Superioribus bona stabilita aliqui Regulari concedere; etiam ad ultimum fructum, vel usum, administrationem, aut commendam, administratio autem bonorum Monasteriorum, seu Conventuum, ad filios Officiale corundem, ad natum Superiorum amovibiles, pertineat; mobiliis vero usum ita Superiores permittant, ut eorum suppellex statui paupertatis, & quam professi sunt, convenienter, nihilque superflui in ea sit nihil etiam quod sit necessarium, ei denegetur: quod si quis alterum quidquam teneret deprehensus, aut convictus fuerit, in biennio activa, & passiva voca privatus sit, atque etiam iuxta suos Regule, & Ordinis constitutiones puniatur.

1056 Inde expoно modos, quibus pecuniam figurari, & practicari solet. Primus est, quo Monasterium ex bonis communibus aliis redditus annuales Religiosis assignat pro victu, & vestitu, ita ut si quid deficiat, sua industria perquirat, & si quid excedat, in pios & honestos usus expendat.

1057 Secundus, quo Monasterium singulis Religiosis certam annuum, aut menstrum pecuniam portionem assignat, quae vulgo Vestiarium appellatur; viclus tamen est communis.

1058 Tertius, quo Novitius in actu renunciationis, quam ante professionem facit, fibi reservat aliquem annum censem pro suis honestis necessitatibus, dependentem à Superiori, voluntate, ita tamen ut dominium, aut ultimum fructum non resideat penes ipsum, sed pecunias Monasterium, ipse vero solum habeat usum ad natum Superioris revocabili.

Dic.

De I. Precepto Decalogi. Cap. IV.

111

Dominum apud Monasterium refidet, si Novitus bona Monasterio renunciavit: Usulum sicut vero, si bona parentibus, aut aliis renunciavit.

1059 Quartus, quo Religiosus pecunias ex proprio industria acquisitas, puta ex predicatione, lectione, &c. pro ferentia, & in propriis, & honestos usus convertat, dependet à Superioris voluntate.

1060 Quintus ad primum modum, quavis Sanchez tom. 2. Decal. lib. 7. cap. 22. Nav. & ali apud ipsum dicant, non esse illicitum, supposita tali Monasterii relaxatione, & communis iactura, quatenus omnis dispositio dependeat ex licentia revocabili Superioris: futent tamen, cum quamplurimis subjacerem perfectionibus.

Ego tamen omnino dico, talen modum neminem direcere opponi in toto Decreto Concilii de num. 1035, verum etiam esse penitus relaxatiuum perfectionis pauperatum, destrutivum vita communis, eversum discipline regularis, & scandalosum, ita ut huiusmodi Monasterium debet à Superiori validam reformatione curari, aut aboleri.

1061 Quantum ad reliquos tres modos (primum namque non potest dignum controverbi) duae sunt opiniones.

Prima negat, Matriss. dis. 14. n. 41. Donatus tom. 3. tr. 15. q. 10. Fagnano in lib. 2. c. Monach. 2. de statu monach. Quia Concil. Trid. ei condidit novum ius, etiam namque verba non sunt declarativa iuris antiqui, sed praeparativa: Nemini Regulari licet, &c. Item praep: Nec deinceps licet Superioribus bona stabilita aliqui Religiosi concedere, etiam ad ultimum fructum, usum, &c. quod non prohibetur ius antiquum. Infinger liquet per illam partem Deinceps.

1062 His accedit Deer. Clem. VIII. declarativum, & confirmativum Decreti Concil. Trid. in verbis. Quo Trid. Conc. decreta de paupertate, ratio custodiendo fideliis obseruantur precipit &c.

1063 Secunda opinio affirmat licet, Dia- na par. 1. tr. 6. ref. 32. Verricell. tr. 8. q. 51. Pey. Villal. Miranda, Nav. Facundez apud ipsum, & alii.

1064 Ide ob oppositam rationem: quia Trid. non condidit novum ius, sed confirmavit antiquum, cap. Monach. &c. Cum ad Monasterium, quod prohibebat peculia concessa ad omnes usus, etiam superfluos, vel si ad illicetos, sine tamen iusta causa concedendi, vel concessa irrevocabili Superiori: minime peculia, & redditus ad usus honestos, ex

justa causa, & dependenter à voluntate Superioris.

Suadent ex verbis cap. Monach: Qui vero periculum habuerit, nisi ab Abbatie fuerit ei pro iuncta administratione permisum, a communione removens abbatum &c.

1065 Infuper dicunt, recensitos modos componi cum Decr. Cone. Intentum namque Concilii est, ut nullus Regularis bona mobilia aut immobilia retineat ut propria nomine Conventus, sed ut statim ea Superiori confugiat, & Conventus incorporeum: ita ut facta bona communia, fluent sub tali dispositione Superioris. Cum quo bene fiat (sunt ipsi) loquendo de mobilibus, ut Superior iusta de caula concedere possit licentiam revocabilem, ut Religiosus, vel Religiosa illa retinet ad suos usus, ut alias res Monasterii, quando Religiosus distribuuntur. De immobilibus vero loquendo, dici posse, ut Superior constituit subditum Officiale Monasterii ad nutum amovibilem, ut eos redditus admittaret, & de fructibus iuxta Superioris voluntatem disponat. Ita illi.

1066 Quibus Peltiz. de Mon. c. 4. nu. 4. addit: Quando autem in Concil. Trid. loc. cit. dicitur: Nec deinceps licet Superioribus bona stabilita aliqui Regulari concedere, etiam ad ultimum fructum, usum, &c. administrationem, vel commendam; intenda Concilium ibi solum prohibere, ne Regulares habeant redditus, us probat, ut irrevocabile per Prelatos, ac finis hoc licentiam distribuendos, ut exponit Barbola: Non autem, quod Regulares nullo modo habeant annos redditus, sicca bona adverteri, & probat Sanchez l. 7. mor. c. 22. num. 11. ex Navar. Sa. Rodriguez Graff. & alii.

EX HIS DUABUS SENTENTIIS,

1067 D ico, primam esse veram; secundam vero solum habere locum in Monasterio, ubi vel ob nimiam paupertatem, vel ob Superiorum incuriam, aut malitiam, non seruat perfecta vita communis subministrando singulis iustus decentiam. Rodri. p. 1. Sum. cap. 99. Concil. 4.

1068 Ratio prima patitur ei; quia, ut constat expelle ex Decr. Clem. VIII. declarativo Decreti Concil. Trid. editi die 25. Junii 1599. intentum Concil. Trid. est, quod omnia quanto- discumque à Religiosis acquisitas, Superiori tradantur, & Conventui, cum ceteris illius bonis, pecuniis, & proventibus, incorporeum, ut inde communis victus, & vestitus omnibus suppeditari possit, in quo consilium Vita communis.

1069 Infuper Decretum declarativum Clem. VIII. sub n. 12. subdit:

„ Nullus

„ Nullus ex Superioribus locorum, admissione bonorum, aut aliarum rerum, dispensatione pecuniarum, & reddituum rati Conventus, etiam nomine Conventus, per se ipsum habere, five exercere posset; sed universitatem id onus tribus Fratribus ejusdem Conventus à Generali ita demandetur, ut unus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat: alter tandem quam depositariorum, pecunias ac casta ab illo collecta, & exacta, fideliter alterno: vet: alias de pecunis, & rebus à Depositario accepitis, Priori, & Fratribus, ac Conventum universo de necessariis, mandante tamen ipso Priori, non secundum proprium affectum, sed iuxta charitatem regalum, vel boni disponens provideat. Officiorum hujusmodi confusione penitus interdicta.

1070 Ratio secunda partis est, quia in contratu, quem Religiōsus cum Religione, seu Monasterio init, ex parte Religiosi virtualiter includitur, ut Monasterium teneatur illi provide de necessariis juxta decentiam statutus.

Quod in ipsis decretis, in quibus vita communis si inquinatur, expresse precipit. Et quidem in iuncto Decr. Trid. per haec verba: Nobis etiam, quod sit necessarium, denegatur: ut in n. 1055. Idem habetur in Decr. Clem. VIII. sub n. 7. 11 & 12. Et corroboratur ex dicens modo, exponendo usum necessarium.

1071 His accedit Faganus cit. num. 15. his verbis:

„ Quarebatur enim, an cum necessaria à Superiori etiam requisito ideo denegantur, quia Monasterii facultates non sufficiunt, licet Regularibus clavis, vel eo invito illa sibi compare, fea retinere? Sacra Congregatio respondit, licet, si praesita necessitas ut ad individuum suffletum est, Ceterum communem penuriam ab omnibus perpetrandam, utique adeo ut si quid privatum aliqui delatum, vel ab ipso partim fuerit, id tunc ad Superiori recta deferri oporteat, qui ex eo, primo succurrat eius necessitatibus, cuius intuitu illud obvenient, si peculari aliqua necessitate ultra communem prematur; reliquum Conventui incorporate, & in commune cedat omnitem. Quippe praevisa haec, fea extrema necessitas, cum fit de ure natura, nullis subest legibus: & itea excusat à reguli transgressione etiam FF. Minoris S. Francisci, qui architissima proficitur paupertate, ut est text. in c. Exit. §. Porro,

„ de verb. signific. lib. 6. ibi: Nec ipsi Fratribus „ jure poli in extremis necessitatibus articulo ad prouidendum sufficiunt naturae via omnibus ex tremis necessitatibus decensis consiglia praecluditur; „ cum omni lego extrema necessitas sit exempta. 1072 Hinc Pelliz. de Monial. cap. 4. no. 3. & Verricelli p. 8. qu. 51. cum Beja, Barbola, & aliis dicunt, licet am efta proxima & confuetudinem, quia Propinqui Monialibus in professio ne ultra dotem, annuum centum, seu redditum assignant, ad earundem honestos vius contendentum, dependenter a Superioris voluntate; in quantum Monasterium necessaria juxta decentiam statutus ad victimum & vestitum, faintatis, aut infirmitatis tempore non submittit, maxime pro exercitu pluviuent Monasteri, quibus a Superiori designatur.

PECULIUM NON SUPERFLUUM,

1073 Sed moderatum esse debet, conformiter ad statutum Religiōsis illud habentis necessarium. Dixi Conformitor ad statutum Eccl. quia peculum aliquod potest esse superfluum unius, non alterius, unde ad hanc statutum decentiam, & moderationem peculiū, eti consideranda qualitas personarum, conditionis, loci, temporis, & aliarum circumstantiarum. Et quidem ratione per sonne pluribus eger Praelatus, Magister Ordinis. Item in considerationem venit, si pars peculiū applicatur in bonum ipsius Monasterii, & Religiōrum. Si Religiōsus sua indutio multa Monasterio comparavat.

In Monialibus sunt consideranda expensa, quas solent in exercitu Monasterii impenderet Sanchez apud Pelliz. de Monial. c. 4. n. 17. loquens de Religiōsis superflua retinentibus, ait: Quod si dicti Religiōsi sint in bona fide, nec de hoc rogant Confessores, nec sperneret fore, ut admittant profit, potest Confessoriū tacere, ac ipsos absolvere, dummodo dicta bona non expendant sine licencia, aut in malis usus.

NEC AD USUS SUPERFLUOS

1074 Et applicandum, feci necessarios. Uius necessarios non est sumendum strictissime pro pura vita iustitiae; quia Religiōsus sunt filii, & non esset discrimen à mancipiis, & ancillis. Imo est totum impletum seruimus, & reddere Religiōsum suum validum, & plus aquo oneratum, & potius aversum, quoniam attractum, Christo docente: Inquit mecum suauis, & onus leve.

1075 Firmatur ex Bulla Urbani VIII. 20. Novemb. 1667. Cum sepe contingat, ubi habetur:

Copulatis hujusmodi redditibus, & elemosynis

Eccl.

Eccl. sedulo examinare, quod Religiōsus, connumeratis etiam laicis, abque necessariis servientibus, in unoquaque Monasterio, Eccl. iuxta Religionis, & propriis infiniti morem, volum, & vestitum, & medicamentis communihabentes, competenter sufficiantur valentes.

Ex Decretis Clem. VIII. pro Refor. Regul. Nullus omnis, & Eccl. in unoquaque Conventu Fratrum in tantum deinceps constituantur numerus, qui ex redditibus, Eccl. commode possit sustentari.

Denuo ex Bulla Innoc. XII. Nuper edita 22. Dec. 1657. idem confirmatus sub eidem particula Commode.

1076 Illud certum est, Superfluum, esse id, quod non est necessarium, vel utile, vel honestum. Necesse dicitur omne illud, quod est conveniens Monasterio, aut Religioni juxta statutum decentiam. Utile omne illud, quod illud non est præfato modo necessarium, inservit ad aliquod eius emolumenatum, statui Religiōsi hanc indecens; aliter erit superfluum. Honestum denique dicitur omne id, quod aliquem actum virtutis includit, sed patet Eleemosyne, Pietatis, Religionis, &c. Hinc honestum est facere Missas celebrare.

Superfluum est indu interiori vestibus contra præceptum Regule, aut exteriori habitu nimis delicato; sed ad hujusmodi potest dari, aut præsumi licentia. Mendo in Epit. num. 9.

Joan. de Lugo, & alii apud Pelliz. de Monial. cap. 4. n. 18. dicunt, quod Religiōsus qui habent licentiam aliquod expendendi pro suo arbitrio, illud expendit ad minus superfluum, aut illicitos, non peccat contra paupertatem; ideoque recipiens non tenetur ad restituendum, quia defectus licentiae facti utrum effe contra paupertatem: fatentur tamen, quod peccet ex alio titulo, nempe ratione superfluitatis, aut alterius turpitudinis, quo fit in actu. Sic pariter peccat Superior dans scienter licentiam ad utros superfluos.

Donatus autem in tom. 5. p. 15. g. 16. quoniam plures Doctores addat pro recentia opinione, ipse tamen tenet, talim Religiōsum peccare contra votum paupertatis; ideoque ex Decr. S. Congr. ad quatuor quæstas: nam Ad secundum An per saltem di p. axionem, seu licenciam (suppletu, ad tenenda superflua) excusatur a culpa, & p. pena: Contra negatur.

Fatetur autem, quod in dubio standum sit pro justitia licentie. Ex resp. ejusdem S. Congr. Ad quatuor, ad Superioris arbitrio, & præfinitione stare debent Regulares, quoad mobilium superfluitatem, vel convenientiam: Contra nisi ex causa arbitris constiterit, & unique standum, Examen Ecclesiastis.

habitazione persona, officiis Eccl. regulis statutisque paupertatis, quam præfinitione, & caterinam iterum qualitatem, v. n. 1052.

PECULIUM APUD COMMUNEM DEPOSITARIUM

1077 Teneat, est majoris perfectionis, & ita servari debet. Depositor namque est inventum, ad hoc ut administratio bonorum tollatur ab ipso Religiōso, & stat penes Monasterium; quoad utrum vero factum sit delegata ipsi Religiōso, a priori non confunduntur, nec incorporantur cum bonis, & fructibus Monasterii; ad differentiam Monasterii, in quo servatur perfectior vita communis, ubi non conceperit peculium, sed bona a Religiōso acquista confundatur, & incorporantur cum bonis Monasterii, ac proinde Trid. vult ea statim tradi Superiori.

1078 Joannes la Crux de statu Religionis l. 1. cap. 3. dub. 1. cum Lopez, & Valentia, tem Pellez. de Monial. c. 4 tener, non peccat Religiōsus, peculum, seu pecunias retinendo non in communis deposito, sed in cella, si est in cella reteniat, non animo occultandi Superiori, sed de ejus licentia expendendi; & non adspicere speciale præceptum de retinendo in communis deposito (quale extat pro Ministris Conventualibus, ex Constitutionibus Urbanis in c. 4. Regul. sit. 1.) Ratio est, quia ad huc verum est, quod dominium, & jus omne sit penes Monasterium, minime penes Religiōsum, apud quem solum est utrum facti, a voluntate Superioris dependens. Et communis Depositor est inventus non pro substantia, sed pro majori perfectione paupertatis servanda, & maxime in Religiōso, amore peccante præfensis, non frigescat caritas erga Deum, iniuste perficio, ac fervor virtutum, crecentibus mundi cursis, ad quas peccantibus moventur.

1079 In Monasteriis maximè Monialium, si cui Religiōsa sit durum communis Depositorum se accommodare, non videtur abs re, si Superioris aliarn depositariam ei familiariter affinet, ut sic dulciter, quantum fieri potest, ab amore pecunias, & proprietatis periculo annoventur, & Deo servitius stadeat, quia hoc modo in re fatis verificatur, quod non ipsa Monialis, sed Monasterium pecuniam, seu rem retinet in manu depositaria à Superiori illa assignata. In hujusmodi enim circumstantiis potest locum habere Epichœra, qua est moderatrix legum.

1080 Et quia hujus duritie foler efta cau fa

sa suspicio, quod Superioris de manu depositaria communis pecunias illas accipiat, & pro communis Monasterii necessitatibus appetit; monitus vobis, quod ex una parte Religiose apud communem depositariam pecunias tenentes, tenentur habere animum voluntati Superioris refugiatum, ut de illis, sicut ei placuerit, disponat; ex alia autem parte, quod Superioris a tali potestatis iure abstatueat, sed poneat leviori, nempe privatione vocis activa, & pauciori ad biennium, ut confat ex Decr. Trid. n. 105.

1086 Observantia igitur voti paupertatis quod substantiam ita cum peculo, & sine vita communis a Trid. praescripta, si retineatur dependenter a voluntate Superioris, si fit modicatum & expendatur ad alia honestos, non superfluos. His praemissis,

1087 Respondeo, Regulares, & Moniales non possunt fine mortali recuferit vita communis, si Superiores velint illam erigere. Matr. dicitur, 4. n. 46. Donatus sum. 3. tr. 15. q. 9. cum Com. Et novissime Illufr. Ramirez Archiep. Agregentinus in sua g. Morali, qui dignè, sole, & fuse probat.

Ratio mihi evidens, & insolubilis est, quia Religiosus, aut Monialis recuferit vita communis, peccat mortaliter contra votum paupertatis. Probatur: Religiosus, aut Monialis recipiens, & retinemus (suppetu, notabiliter) independenter a voluntate Superioris, peccat mortaliter contra votum paupertatis: sed Religiosus, aut Monialis recuferit vita communis juxta forman Tridentini, Superiori volente illam erigere, recipit, & retinet, independenter a voluntate Superioris, in modo contra ejus voluntatem; igitur peccat mortaliter contra votum paupertatis. Major est certa ex definitione paupertatis ex. 1034. ad 1036. Minor est clara, quia Vota communis a Trid. praescripta, est, ut quidquid Religiosus, aut Monialis acquirat, non retineat, neque nomine Monasterii, sed statim Superiori tradat, & cum aliis Monasterii bonis, pecuniis, & proventibus incorporetur, ut inde ex communis malfa communis victimus, vestitus, & omnis alius honestus ulla omnibus suppeditari possit. Hæc est forma vita communis, à S. Concil. Trid. praescripta, ut in n. 105.

1084 Vita communis est de jure divino, & confat: nec de substantia paupertatis. S. Anton. in sum. 3. pars. Diana p. 1. 1. 17. 6. ref. 19. Suarez de Relig. rr. 9. lib. 1. cap. 12. Pelliz. in Monial. e. 4. n. 3. Illufr. Ramirez in sum. quas moral. §. 8. & Com. unde potest votum paupertatis adimpleri abique vita communis. Confat ex definitione paupertatis à n. 1034. ad 1036. & 1022.

1084 Item ex canonico antiquo, cap. Monach. n. 1064. relato, ubi permittitur pecuniam à voluntate Superioris dependens.

1085 Unde vita communis est de jure Ecclesiastico Tridentini, praescripta pro custodia paupertatis, & ut paupertas cum majori perfectione obseretur. Ut confat ex verbis Decr. Clem. VIII. num. 1068. relati: Quo Trid. Conc. decreta de votu paupertatis fiduciam obseruentur, praescripti, &c. Hinc ut recte ponderat Illufr. Ramirez cit. Religiosi non obseruentur, sed paupertatis.

1088 Hinc habes primò, aliud esse, quod Religiosus non servet vitam communem a Trid. praescriptam, & aliud, quod Religiosus recuferit vitam communem a Trid. praescriptam, Superiori volente; nam non vult, sed recuferat ea Superiori tradare incorporanda. Quid clarius contra votum paupertatis?

1089 Hinc habes secundum, aliud esse, quod

paupertatis importat violationem voti paupertatis, non sic primum, ut dictum est n. 1085.

secundum importat violationem voti paupertatis, non sic primum, ut dictum est n. 1085. & 1086.

Hinc secundus Religiosus committit mortale sacrilegium contra votum paupertatis. Primus transgreditur praescriptum Tridentini, & incurrit poenam privationis vocis activa, & pauciori ad biennium, ut in n. 105. At non peccat contra votum paupertatis. Quod est verum, si hic primus moretur in Monasterio, ubi non servetur vita communis a Trid. praescripta. Si vero degat in Monasterio, ubi illa servatur peccat contra votum paupertatis nisi justam causam habeat, qua excusat; quia tunc reddit ratio de reculante; nam tunc retinet contra voluntatem Superioris. Donatus tom. 3. rr. 5. 9. 6.

1089 Secundo, quod in Monasteriis, ubi ob nimiam paupertatem, vel ob Superiorum malitia, aut incuriam, vel ob resistentiam majoris partis, quæ sine periculo gravioris maliti cogniti non potest, non servetur vita communis a Trid. praescripta; tunc Religiosus, ut sit bonus in conscientia, & paupertatis votum non violat, habere debet animum paratum ad eam recipiendum, si quando erigatur; ita ut per ipsum non defiat.

1090 Tertio, quod in Monasteriis, ubi non servatur vita communis a Trid. praescripta, si Superioris Monasteriorum velint illam erigere, Religiosi excusat non possunt per contrarium confessitudinem, & per hoc, quod sub tali confusione professionem emiserint. Quia per votum paupertatis, quod in professione emiserunt, virtualiter vorverunt vitam communem a Trid. praescriptam, Superiori volente, illam conservare, aus erigere volente; vorverunt namque, nil retinere ipso Superiori, sed dependenter ab ejus voluntate adeoque virtualiter vorverunt ei statim tradere omnibus ab ipsis acquitata, Superiori precipienti, & sic peccarent Superiori renuent, & sic peccarent contra votum paupertatis. Quod tamen Pelliz. in Mon. cap. 4. numer. 8. Sanchez, & ali apud ipsum limitant: dummodo aliud Religioso fatus provideatur: ver. numer. 1070. Y'nta autem confusione valeat contra Regulam, prout dicit tria substantia vota.

1091 Nec recte dicunt alii, Decreta Cone. Trid. Clem. VIII. & Urb. VIII. quod vitam communem, vel non suffice acceptata, vel certe postea abrogata. Quia hoc dictum falsum refutat ex traditis a n. 1033. Non enim idcirco obligare ceſſant, cum Summi Pontificis quotidie intent pro obſervantia vita communis a Trid. praescripta. Sic polt Urbani

1092. Et quamvis Monasteriorum inopia vi-

dearum executio valida, solidè tamen eam rejicit Illufr. Rainfrez. cit. S. 6. ratione practica, quæ utinam fieri prædicta.

Singuli namque huiusmodi Monasteriorum Religiosi (air ferè ipse) de facto habent sibi necessaria juxta decentiam status, & non a liunde, nisi ex iis, quæ partim habent a Monasterio, & quæ partim suo labore, ac industria, atque a propinquis, aut amicis acquirent; si igitur haec sunt sufficientia; ut singuli vivent, & necessaria habent juxta decentiam status; pariter, si eadem statim Superiori tradent incorporanda cum ceteris Monasteriis proventibus, sufficientia efficiunt, ut Superior de communis massa singulis providerent necessaria juxta decentiam status.

1093 Nec tunc debent Religiosi esse facti, sed potius accutiories in adibito beneficio labore, & induſtria ad eadem acquirendam, & ut supra Superiori tradenda; nisi velint reprehendi ab Apost. 1. ad Cor. 10. Nemo, quod sum eſt, querat, sed quod alterius. Quod si in facilio domini tue id pro suis fratribus carnalibus ageres, cur non in Religione in domo Dei idem pro tuis fratribus spiritualibus ages? At enim S. P. Franciscus in 6. cap. Regula: Quia si maior nurris, & diligis filium suum carnalem, quanto diligenter debet quis diligere, & nurrice fratrem suum spiritualem?

1094 Monasteria tamen non defunt, in quibus quilibet Observantiam proficitur, etiam laborem deplorat, at nemo digitum ad sublevandum admovet: Quilibet ad fructus sibi necessarios dexteram portat, at nemo manum ad aratum extendit. Quilibet est ad panem foliūtum, ad laborem tardus. Plures video Contemplativa ſudore, paucos Activa. Perfector est Contemplativa, sed longe perfectior, si jungatur Activa. Hinc de S. P. Francifco canit Minorum familia: Et Franciscus, prævious orationum studiis, quid facias infraclus: non sibi soli vivere, sed & aliis proficie vult Dei zelo dulcis. Et telle Apost. excellens et Fides, præclaræ Spes, major nærem horum est Charitas. Amulamini ergo fratres (ut cum eod. Apost. 1. ad Cor. 12. loquer) charitatis meliora.

1095. Hinc, qui refutant vitam communis,

videntur potius id agere, ut superfluis abundant, & liberis disponant, quod est contra paupertatem, quam quia eis inde necessaria definit iuxta decentiam status.

1056 Denique duo volo monita, pro praxi pro oculis habenda, ex parte subditorum unum, ex parte superiorum alterum.

1057 Ex parte subditorum sit firma fiducia in Dei providentiam, in iuxta verbis Christi Matth. 6. Nostre felicitati esse dicentes, Quid manu absumus, aut quid bibemus, aut quo speramus? Scilicet enim Pater noster, quis his omnibus indiget.

Fiducia omnem diffidantem expellens fitriabitur, si Religiō perlegant, quod in Chro-nicis Minorum, & in Speculo eorumdem tr. 3, fol. 144, referunt super Regula, & Paupertatem Minorum, & sequitur.

1058 Unde cum ad fuggectionem fratris Heliae multi ministri ad Beatum Franciscum accesserint, protestantes, quod nobileant ad eam obligari, timentes, ne effet nimis aperfa: quod audiens Beatus Franciscus vertit faciem suam ad Cœlum, & loquebatu-s Christo a Domine, nomine bene tibi dixi, quod non credenter mihi? tunc omnes audierunt vocem Christi in aere dictum: Francice, nihil est in Regula de tuo, sed totum est meum, quidquid ibi est. Et volo, quod Regula servetur ad litteram, ad litteram, fine gloria, fine gloria: Et addidit Christus: Ego scio, quantum potest humana fragilitas, & quantum voluntas juvare; qui nolunt ergo eam servare, exeat Ordini.

Et statim ibidem,

Cum fratres de elemosynis sufficienter possint vivere, nec sic se expone Divina Providentia; et Deum tentare, ut aliqui male sentientes de Evangelica paupertate dixerint: Contra quos Nicolaus Papa in dicta Decretali Existit, at: Nec quisquam his infirmitate exponet, quod taliter propter Deum proprietatem omnino abdicantes, tamquam homicidae sūi, vel tentatores Del, vivendi discrimini se committant. Sic enim se ipsos committunt Divina Providentia in vivendo, quod viam non continentum propisionis humanae, quin vel de ipsis, qui offeruntur liberaliter, vel de iis, quae mendicant humiliter, vel de iis, quae conqueruntur per laborium sustententur, qui triplex vivendi modus in Regula continetur expressus. Profecto, sicut promissum Salvatoris, nunquam deficiet fides Ecclesia: per consequens et opera misericordie subtrahentur. Ex quo

Christi pauperibus omnis ratio diffidentie causa, justibet videtur esse subtilata.

Hic accedat illud Salvatoris Matth. 24. Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non preseruentur. Et concludat Apoft. 2. ad Cor. 6. Nihil habentes, & omnia possidentes.

1059 Ex parte Superiorum sit Zelus, & Eximia Prudentia, Zelus; quia iustentur ad Reformationem, & inde ad vitam communem omni contutu promovendam; quoniam Apoft. ad Hebr. 15. subditos ad obedientiam extimulans Praecatorum, eorum omnes proponit, dicens: Obstat preceptis vestris, & subiacet ei ipsi enim pervergunt, quasi rationes pro animabus vestris redituri, ut cum gaudio hoc facient, & non genentes.

1060 Eximia Prudentia, qua attente Superior confideret suorum subditorum loci, & temporis conditiones, aliaque circumstantias, ut fructuoso sit zelus; quod si non speret se profuturum, sed potius orpideat pejora malorum, & scandala oritura, se cohibeat, & apud Deum excusabitur, quia zelus ordinari debet ad lucrandas, non perdendas animas: tunc namque Superiori instante, Religiō recusantes, in expresa sacrilegio contra votum paupertatis incidentur, ut in n. 1058.

1061 Quae prudentia est magis necessaria quoad Moniales, pro quibus speciales alia circumstantiae sunt attendende, maximè si ex devotione, & perfetto voluntario. Monasterium, & claustrum elegerint, minime ex proprio domus, & persona convenientia; quaque minus ex ratione fœtus redi solent iurium capaces, & solent esse causæ majorum malorum. Ipsi faci Prelates experientur. Vide infra dicta de prudentia Confessarii, §. n. 1080.

Q U A R E S M I.

1062 An Religiō possit succedere suis parentibus ab inheritance, aut aliquid legatum recipere?

R Esp, quod si Religiō non sit capax successionis, non potest Religiō succedere ab intestato. Potest tamen nomine Monasterii acceptare legatum per modum elemosyna, iuxta dicenda de paupertate, & legatis Minorum.

1063 Si Religiō sit capax successionis, tunc five hæreditas Religiō professo proveniat ab intestato, five ex testamento, in illam succedit Monasterium, ex communis principio: Quidquid Monachus acquirit, pro Monasterio acquirit. Non tamen titulo hereditatis, cum tunc Religiō non sit hæres: sed titulo, & iure acquisitionis naturali, in quantum:

De I. Precepto Decalogi. Cap. IV.

tunc bona, utpote accessoria, sequuntur per sonam; persona autem est Monasterio, & Deo dicata.

1064 Item, si Novitus professionem emitat ab ipso prævia renunciatione, seu dispositio ne suorum bonorum, tunc se habet ut mortuus ab intestato; nam per professionem Religiō moritur mundo, & per actum facti, immo per votum paupertatis solatur dominio omnium bonorum; unde Monasterium in omnia ejus bona succedit (si Religiō sit capax successionis, seu possidenti bona in communione) excepta legitima, si que sit filii, aut alii defendentibus, vel ascenditibus debita, de qua quidem etiam post professionem Religiōsū disponere potest, eam distribuendo inter eos, quibus debetur. Can. si que mulier, §. 9. Sed si persona, Caus. 19. q. 3. non quidem ut dominus, sed ut administrator à iure constitutus ad hunc effectum. Quod si Religiō non sit capax successionis, tunc non succedit Monasterium, sed secundum hæredes illi, qui succedere debuissent, si mortuus esset ab intestato extra Religionem, seu in foliante.

1065 Pariter, si Novitus moriatur intestatus ante professionem, succedit in ejus bona iudeum, qui succederent, si mortuus esset in factu: quia persona non esset Monasterio dicata, ita nec accessorium, nempe ejus bona, Pithing. In Com. lib. 3. tit. 27. §. 3. & 4.

1066 Quantum ad legatum recipiendum nullum est difficultas in Religione capaci, dummodo nullum juri in privato Religiōlo residat, sed foliante iustus facti.

1067 Denique si Religiōsū professus influenter hæres, Monasterium nomine Religiō hæreditatem acquirit. Mendo in Epit. ver. Paup. Vetus, n. 10.

Q U A R E S M I V.

1068 An si Monialis transeat de una in aliud Monasterium, debet etiam transferri dona.

R Espondeo, quod si posterius Monasterium Moniale admittat volenti, dos non est transferenda, sed remanet apud prius Monasterium. Est autem transferenda, si egatur ad eam admittendum; Pelliz. de Monal. c. 3. nu. 69. cum Rodr. Bonac. & alii, contra aliquos ibi, qui erant quod primam partem affirmant.

1069 Ratio prima pars est, quia (ut ait Pelliz. cit.) Non datur Monasterium sub conditione, si Monialis in Monasterio maneat; sed sub conditione, si profecto sequatur. Unde professione fecuta, Monasterium donum perpetuo acquirit. Et posterius Monasterium spon-

Examen Ecclesiast.

tane talem Moniale admittens sibi debet hoc incommunum imputare.

1070 Nec tenet paritas de Matrimonio carnali: quia in eo dos ad virum pertinet solum pro matrimonio tempore; hinc si vir, aut mulier moriatur, dos restituiri debet. Aroluta professione per mortem Monialis, dos non restituitur parentibus, quia per professionem dos transbit (perpetuo in dominum) Monasterii; unde Monasterium in omnia ejus bona succedit (ut doce innot Pelliz.) Monasterium stat loco filii, adeoque sicut filius est hæres matris, eiusque succedit in donum, ita Monasterium succedit in donum Monialis defuncta: u. num. 1113.

1071 Ex quo etiam fit, quod licet vir possit uxorem ejicare, donec et solvatur dos, non potest Monasterium Moniale professam ejicare, sed solum potest parentes in judicio cogere, ut donum solvant.

1072 Ratio secunda partis est, quia iustum non est, ut posterius Monasterium, quod patitur involuntarie recipiendo talem Moniale, insuper patiatur aliorum gravamen. Ita Peltiz.

Q U A R E S M V.

1073 An Religiō transiens de una in aliud Religionem possit licite bona, que ibi retinebat, ex propria iudicis acquisitione, secum transire?

R Espondeo, non posse, etiam si Religiō, R ad quam transbit, sit bonorum capax, & etiam si transeat de licentia Papæ, nisi in licentia sit explicita concessa facultas ea transferendi. Dominus rom. 1. p. 2. t. 5. q. 57. Port. ver. Bonifacius 18. q. 1. Ubi deciditur: Sed quidquid acquisivit, vel habere iussi fuerat Monasterio relinquat. Et ex cap. Non dicaris 12. q. 1.

1074 Nec dicas: Bona sunt accessoria personae, & illius intuictu à Monasterio obtenta, adeoque quod candem legem debent. Quia (ut doce ponderat Donatus) Aliud est, acqui intuictu personae professi, & aliud est, quod penes Monasterium perferuntur. Et enim bona acquisivit Monasterio intuictu professi, sed non perferunt ratione illius, sed ratione professionis valida, qua subiecta, professio non refutetur bonorum acquisitionum se habet ex transire. Megal. p. 2. lib. 2. cap. 27. q. 3. nu. 46. contra Menoch.

Et id subdit, quod licet bona illa priori Monasterio obvenient intuictu persone, nichilominus illius effecta sunt omnia, absoltæ, & simpliciter, per professionem ibi validè factam: v. num. 1109.

Religiōsū igitur de una in aliud Religionem

H 3 trans-

transiens, non potest secum deferre bona quia in priori tenebat, sive immobilia, sive mobilia, utensilia, libros, &c. quo cumque modo acquisita: v. n. 1118.

1114 Excipienda tamen sunt manuscripta Religionis, ut Conciones, lectiones, & similia, quia sunt partus intellectus; de illis enim potest disponere ad libitum, sive donando, sive secum ferendo. Diana p. 1. v. 6. cum aliis; quod est verum, etiam pro Fratribus Minoribus, ex Decl. Clem. VII. quam referat Coriolanus p. 2. de Cof. ref. cap. 8. n. 19.

QUERES VI.

1115 *An Religiosus obligatus ad restituendum?* Respondeo, quod licet non possit dici obligatus, non teneri Monasterium ex illo satisfacere Religionis creditoribus, tenet Calthrop. tom. 3. n. 16. d. 3. Tamb. in Decl. lib. 8. c. 4. e. 1. §. 1. n. 12. Hoc probat ex communione & certo principio, quod bonum, quae post professionem a Religioso acquiruntur, non acquiruntur immediate Religioso, & mediae Monasterio; sed immediate Monasterio acquiruntur, quoniam Religiosus per votum paupertatis est ipsius bonorum dominio, ejusque est in capax; & quia credentes nullum habent ius in Monasterio, sequitur, quod Monasterium nullo modo tenetur recentia debita solvere ex dictis bonis post professionem Religiosi acquisitis.

1116 Si habeat igitur redditus, seu pecuniam ad proprios usus, tenet ex illis aliquid detrahere, & restituere. Quod si ea non habeat volunt aliquem tenet magis laborare, aut aliqua ex libi concessis minus necessaria detrahere, vel ab amicis procurare, & sic restituere. At hacten (an Pelliz.) sunt magis confidentia, quam praeципienda, quia fons durior.

